



## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

De S. Francisco Xaverio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)

Gratulare Sancto, & imitare virtutes, si gloriam velis assequi,

DE S. FRANCISCO XAVERIO. 3. Dec.

PUNCTUM PRIMUM.

I. CUM Deus S. F. Xaverium in Apostolum Indiarum elegisset, singularibus illum gratia naturaque dotibus ad tantum opus ornavit. 2. S. Ignatij condiscipulum & contubernalem fecit, quem cum salutaria monentem primum minus audiret, ejus deinde adhortationibus & exemplis ad tantum Dei amorem, sui mundique odium & contemptum inflammatus est, ut se ei socium adjunxerit, ad sequenda consilia Evangelica, & Societatem condendam qua tota saluti animarum vacaret. 3. Suffectus est in alterius agrotantis locum, qui ad iter Indicum destinabatur. Mirare, & lauda divinam providentiam, qua sic omnia fortiter & suaviter disponit, ut semper ad propositum finem perveniat. Spera si totum tibi commiseris, perficienda omnia ad qua te destinavit: quare ei gubernandum te penitus trade.

PUNCTUM II.

Dignum se tanta vocatione Xaverius efficit. 1. Puritate mentis & corporis tanta, ut etiam in somnis impuras ab se cogitationes repellat. 2. Gg f

79  
fi-  
fi  
iis  
u-  
his  
o-  
Me  
ec  
go  
es,  
n-  
est Luc. 6:  
æ- 33.  
n,  
ti-  
&  
  
n- Quam  
us potens &  
t: Christo:  
em  
fa  
o-  
O  
lo- Iac. 5: 11  
n-  
u-  
cti  
es;  
e-

2. Repelleret. 2. Magnitudine incredibile, nihil fugiendo, quantumvis arduum ac naturæ contrarium esset. Sic foedissimum ulcus exlugere non dubitavit: quo factò id consecutus est, ut in nosocomijs nihil deinceps non suave esset.
3. Tanti est animum semel penitus vicisse! 3. Patientia heroïca in laboribus, injurijs, calumnijs, morbisque gravissimis perferendis.
4. Humilitate qua, licet Legatus à latere, vilissimis quibusque se subjiceret, ad abjectissima quæque officia se demitteret, etiam pedis sequi, ut cum mercatore, cui se servum adixerat, urbem Japoniæ ingrederetur: & cum omnibus esset admirationi, se omnium contemptu dignum tanquam miserum peccatorem judicabat.
5. Obedientia tam singulari, ut ad minimum Sancti Ignatii nutum paratus esset à tam ingentibus cœptis desistere, ut in Europam rediret.
6. Indefesso orandi studio, ut licet diurnis laboribus fractus in eo pernoctaret.
7. Zelo divinæ gloriæ, & animarum salutis ardentissimo, quo inflammatus fidem Christi in 23. regna intulit, decies centena hominum millia ad Christum convertit, ac remotissimas demum orbis regiones per undecim millium leucarum peregrinationes, per naufragia, per ingentes omnis generis labores, persecutiones, & sexcenta vitæ pericula adiit.
8. Fiducia in Deum admirabili, qua animatus Mauricam imprimis atque ad immanissimas Gentes, ut Christum prædicaret sine pecunia, amicis, omnique subsidio humano  
solus

solus penetravit, certus, si navis negaretur, maria natando trajicere. Erubescere quod tam longe absis ab his virtutibus, quodque tam negligenter cures propriam salutem, cum ille tam diligenter curaret alienam.

PUNCTUM III.

CONsidera demum quibus præmijs Deus Remuneratur. tantas virtutes totque labores affecerit. 1. Apostoli nomine & dignitate, 2. Consolatione uberrima, ut exclamaret, *Satis est, Domine, satis est*: cum contra oblati pro Christo laboribus diceret. *Amplius, Domine, amplius.* 3. Tanta miraculorum patrandorum potestate, ut sit hujus sæculi Thaumaturgus. 4. Incorruptione corporis post mortem. 5. In cælo Virginis, Doctoris, Martyris, & Apostoli laurea. Sancto gratulare, & sic statue, si adspiras ad eadem præmia, illa per labores, & ærumnas ejus exemplo esse promerenda.

DE SANCTO NICOLAO. 6. Dec.

*De quinque talentis. Matt. 5.*

PUNCTUM PRIMUM.

GRatiarum, quas Deus initio largitur, bonus usus novas gratias promeretur, easque plures aut pauciores, pro cujusque fidelitate ac divinæ providentiæ consilio. Tanti est bene cœpisse & donis cœlestibus bene uti. Sic sancto Nicolao primum *Dominus tradidit quinque talenta.*

79

fi-  
fi  
iis  
u-  
his  
o-  
te  
ec  
go  
es,  
n-  
est  
x-  
n,  
i-  
ge

Quam  
us potens &  
t: Christo:

Luc. 5: 11